


PH. 517, 64

8650

Π n  
9162

X 2002424



# CARMINA

GRATULATORIA SCRIPTA AB AMICIS IN HONOREM

ORNATISSIMI DOCTISSIMIQUAE ADOLESCENTIS, D. Ioannis Iacobi Seypelij Argentinensis, cum ei in celeberrima Patriae Academia, ius & honos Magisterij Philosophici tribueretur, à Reuer. & Clar. Viro D. Erasmo Marbachio, S. S. Theologiae Doctore, spectabili

D. Decano, ad diem 16. Nouembris

A N N I

M. D. LXXXVII.



ARGENTORATI

Excudebat Nicolaus Syluanus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALZ)

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA



CAPELLA

ORATORIA SCRI

PTA AB ALIIS IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM

ET ASSIDI DO IN HONOREM



AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI

AR GENTORATI



CARMINA GRATVLATORIA.

**M**agna laboriferæ virtutis præmia portant,  
Aonidum sedulo qui coluere Deas.  
Gloria Castalidū donū: nā corp⁹ ut umbra,  
Ingenuas artes sic comitatur honos.

Sic Themis hos celebres, hos sacra uolumina claros,

Tu quoq; præstantes hos Medicina facis:

Et qui per Sophiæ campos spaciantur amœnos,

Rite sui studij munera percipiunt.

Ingenio nomen quæsitum durat in æuum,

Omnia dum pereunt instar euntis aquæ.

Aspice diuitias: recreant ne Acherontis ad undas

Nudum quem lethi publica cymba uehit

Nunc ubi pyramides, ubi tot monumenta, tot vrbes,

Et Iouis Elæi splendida quæso domus?

Scilicet annorum subducit cuncta uetustas,

Innumeris sortis casibus ista ruunt.

Arsiduis ergo studijs quos nactus honores,

Conteret haud ætas, forsue secunda minus.

O fortunatum te, inter ~~be~~ quinq; Magistros,

Blandula quod cingit sacra tiara comam,

Virtutis, studij, pietatis præmia digna

Sunt hæc: ut merito gaudeat ipse Parens.

Sed quidnam radios spargit fax luce serena?

Et nitet in docta gemmula pulchra manu?

Inclyta notitiæ sunt hæc, & signa laborum:

Perpetuum nomen lucida tæda notat.

A 2

Pon ITn 9162, BK

Ergo Seypeli fœlicibus utere fatis:  
Lætus dum Phæbus nubila subsequitur.  
Is qui cuncta regit, tua numine cœpta secundet:  
Vt tua sic crescat gloria perpetuò:  
Seruiat ad summi laudemq; decusq; Tonantis,  
Afferat & Patriæ commoda mille precor.

M. Michael Hofbein A.

A L I V D.

**F**ama per innumeros repetita uolubilis annos  
Sermoq; Teutonicum territat ille solum:  
Quod nisi uicino pereat malus orbis in anno:  
Omnia sint miseras tunc habitura vices,  
Nec tamen hæc ueterum prædictio vana videtur,  
Tempora nam uerbis conuenienter eunt,  
Signaq; supremam nobis dicentia lucem,  
Apparent omni conspicienda loco.  
Fœdaq; tam multis incognita Bestia seclis,  
Illa per Italicum, cernitur ecce solum,  
Impius ergo aliquis, nil cœlica numina curans,  
Talia peruerso uoluere corde queat.  
Quid varijs opus est maceres sudoribus ipsum  
Corpus, & assiduo uelle labore premi?  
Mox aderit rapido nimium mors horrida gressu,  
Mox aderint nobis tristia fata nimis.  
Quære uoluptates animi, noua gaudia quære,  
Restatenim vitæ lux spaciumq; breue.  
Qua semel amissa fuerit subeunda gehenna,  
Nilq; voluptatis postea corpus habet,

Ast tibi quod nunquam fuerit mens talis in imo  
Pectore, vel praesens hoc probat ecce dies.  
Quoschola communi decernit praemia sensu,  
Praemia quae studio sunt bene digna tuo.  
Haecenus a Lauri baccis tu nomen habebas,  
Ecce magisterij nunc tibi fertur honos,  
Hunc, ego seypelio gratari cogor amico,  
Scilicet, & rudibus concelebrare metris.  
Viue diu felix, superi tua coepta gubernent,  
Et faueat studijs Christus Apollo tuis,

*Petrus Engels Marcoduranus. F.*

A L I V D.

**S**I uenit externo peregrinus & hospes ab orbe,  
Cui minus exerso lingua nitore fluit:  
Pauca solet fari primum, vocemque tenere,  
Ne sibi contemptum ludibriumque paret.

Non secus eueniet nobis peramande sodalis,  
Si volumus metrico dicere uerba modo.

Nam quoties alios, fluitant quibus alta cothurnis  
Carmina, respicio, discutioque simul:

Crafsities animum reuocat, calamumque retentat,

Scilicet & uersus, quos modo fecit, arat  
Ergo ne mutescet prorsus tua Musula, dices,

Vota Magisterio nec canet ulla meo:

Eia age morigeror tibi Iane Iacobe magister,

Tu modo da veniam si minus apta canam.

Dum colis in patria doctas nitidasque Camoenas,

Dum bibis e Clario dia fluenta vado:

Tantus inest animo feruor, vehementia tanta,  
Tantus amor studiij, tantus & artis inest:  
Vt licet ætatis non multos uideris annos  
Nec tua sit docta barbara resecta manu:  
Sic tamen à teneris animos adieceris ipsis  
Artibus, Aoniij ciuis amandus agri,  
Vt modò post primos alij tibi dentur honores,  
Tuncq; Magistrorum candida signa geras.  
Carpe igitur placido Musarum præmia vultu,  
Præmia quæ studiij sunt documenta tui.  
Non datur ignaris diadema, nec annulus vsquam,  
Nec pater Agricolis talia Phœbe dabis:  
Sed cui virtutum placuit studiijq; theatrum,  
Scilicet hunc donis muneribusq; beas.  
Illa dies etiam tibi nunc illuxit, & illa  
Tempora, quæ is laudes consequerisq; decus  
Dij faueant curis, Dij numine cuncta gubernent,  
Dij faciant æui molle sit omne tui.

*Ioannes Fabricius Kerpenfis.*

A L I V D.

**E** St via quæ ducit sacras ad Apollinis arces,  
Aonidumq; domus, ardua, dura, grauis:  
Vertice sed si quis summo superauerit illam,  
Tunc facilis tandem fit via, plana, leuis.  
Namq; solent Musæ quemuis decorare triumpho,  
Pectore qui firmo perficit illud iter.  
Vt meritò felix sit, terq; quaterq; beatus,  
Aonidum quem non terret ab arce labor.

O te Seypeli fausto sub sydere natum  
Qui quoque constanter triueris istud iter,  
Ergo etiam merito quouis decorare triumpho  
Ergo etiam summus nunc tibi fertur honos.  
Sint tibi felices igitur qui dantur honores,  
Faustoque sint isthæc nomina clara precor.  
Annos Nectoreos factus modo uiue magister  
Hoc precor, hoc opto, Seypel amande tibi.

F. L. S.

A L I V D.

**H**Orridat perpetuo si terra nouatur aratro,  
Postea dat fructus fertilis illa bonos:  
Sic quoque qui studij curas virtutis amore  
Vicerit, hunc ornat, gloria, fama, decus.  
Carpe igitur similes Seypel dulcissime honores,  
Dulcia musarum præmia quæso cape.  
Nam tibi solliciti non displicuere labores,  
Hactenus Aonidum cum sequerere chorum.  
Hinc tibi per celebres quos nunc agis ipse triumphos  
Gratulor, & plena talia laudo manu.  
Gratulor, est grauium quod meta peracta laborum,  
Iamque locustactus quò tibi cursus erat.  
Pergito sic Musas sacras sectarier, inde  
Præmia percipies Iane Iacobe, Vale.

G. A. R.

24  
Tn  
9/62

A L I V D.

**E**T si difficiles mihi sint in carmine Musæ:  
me tamen hîc Theseus scribere cogit amor.  
Ergo cum reliquis Seypeli pectore toto,  
De tanto lætus grator honore tibi.

I. R. C.


F I N I S.



AC







8656



X 2002424



MINA

A TORIA SCRIP-  
TICIS IN HONOREM

DOCTISSIMIQUAE ADOLES-  
sibi Seypelij Argentinensis, cum ei in  
ademia, ius & honos Magisterij Phi-  
à Reuer. & Clar. Viro D. Erasmo  
Theologiae Doctore, spectabili  
ad diem 16. Nouembris

N N I

LXXXVII.



NTORATI  
Nicolaus Syluanus.



LIOTHECA  
ICAVIANA

